



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 76. Cleri Gallicani literæ ad Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. sceptri juribus, & prærogativis, aut
 A. C. 1705. Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus in præ-
 fata Constitutione contrarium reperiri
 confiterit, Regias hæc literas una-
 cum Pontificis Bulla prælegi, publi-
 cari & ad tabulas referri curent, ejus-
 tenorem observent, & ab omnibus Cu-
 riæ Regiæ subditis observari satagant.
 Denique Curie Ministris mandavit, ut
 requisiti ad exequendam hanc Consti-
 tutionem Archiepiscopis & Episcopis
 auxilium opemque brachii sæcularis
 præstent.

§. LXXVI.

*Cleri Gallicani epistola ad Papam.**Recueil l. c.*

Quamprimum Cleri Gallicani Præla-
 tes hæc Regis literas receperant,
 mox sequenti Mense datis ad Clemen-
 tem Papam literis eundem de unanimi
 eorum consensu, & Bullæ acceptatione
 certiore reddidere, hisce verbis:
 „Quantum nobis metuendum videba-
 „tur, ne, quæ sopitæ credebantur,
 „circa Jansenismum contentiones,
 „acrius reviviscerent, tantum nunc
 „Sanctitati Vestræ gratulamur, tumu-
 „tus, qui recens apud nos inquieto-
 „rum hominum contumacia fuerant
 „excitati, ipsius prudentia simul, &
 „auctoritate fuisse compressos, firma-
 „tam

„tamque impostero Apostolicæ Sedis Sæc. XVII.
 „judicio, Ecclesiarum pacem ac con- A. C. 1705.
 „cordiam. „

„Nonnullis quidem scriptis, sum-
 „morum Pontificum Constitutionibus
 „authoritatem detrahere, Jansenique
 „librum adversus Ecclesiæ Decreta per-
 „tinaciter tueri, paucis abhinc annis
 „tentaverunt ejusdem Jansenii Secta-
 „tores; cum statim pro Episcopali mu-
 „nere libellos, qui in Diæcesi Pari-
 „sienfi de industria sparsi undequaque
 „fuerant, justa censura proscripsit Emi-
 „nentissimus Archipræsul, applauden-
 „tibus æquissimæ damnationi Universis
 „Galliarum Episcopis, quorum in co-
 „lenda Apostolica Sede singulare stu-
 „dium, atque in profligandis profanis
 „novitatibus indefessus labor semper
 „emicuit. „

„Verum agebatur de vindicando a
 „pravis, & alienis expositionibus ge-
 „nuino sensu Constitutionum Apostoli-
 „carum Innocentii X. & Alexandri VII.
 „quas solemni, & a Majoribus accepto
 „more, Clerus Gallicanus, atque ad
 „ejus exemplum universa recepit Ec-
 „clesia. „

„Æquum igitur erat, & Ecclesiæ
 „imprimis utile, ut post damnatam ab
 „Apostolica Sede in ejusmodi conten-
 „tionum exordio Jansenianam hæresin,

R 4

„om-

Sæc. XVII. „omnes etiam cavillationes in erroris
A. C. 1705. „patrocinium excogitatæ, ejusdem Se-
 „dis iudicio prorsus amputarentur, &
 „ita Constitutionibus Apostolicis sua
 „constaret authoritas, atque imposte-
 „rum, quod optabat Apostolus: *id-
 ipsum dicerent omnes, essentque perfecti in
 eodem sensu, & eadem sententia.*

„Hunc igitur tamdiu optatum Pa-
 „storali Vigilantiæ fructum certo nunc
 „sperare licet ex edita Constitutione,
 „quam pro singulari erga Sedem Apo-
 „stolicam obsequio, pro eximio in-
 „tuenda tum veritate, tum Ecclesia-
 „rum pace studio, Christianissimus Rex
 „noster a Sanctitate Vestra efflagitavit.
 „Hanc ab Illustrissimo Archiepiscopo,
 „Episcopo Immolensi Nuntio Aposto-
 „lico, Majestati suæ traditam, ad nos
 „in generalibus Cleri Gallicani comitiis
 „in unum coactos, antequam in Gal-
 „liis executioni demandaretur, trans-
 „mitti voluit.,

„Definitionem itaque Beatitudinis
 „Vestrae debita observantia colentes
 „(quodque scribebant olim ad beatum
 „Leonem Galliarum Episcopi): (a)
*exultantes in ea, ita nos semper ex paterna
 tradi.*

(a) Epist. Synod. Episc. Gall. ad Leonem
 inter Epist. S. Leonis post ep. 76. epist. S. Sy-
 nodi Chalced. ad eundem.

traditione tenuisse, ut Apostolatus vester ex- Sæc. XVII.
posuit, jure lætati sumus Et (ut quon- A. C. 1705.

„dam quartæ Synodi Patres Magni
 „Leonis Epistolam exceperè) uno spi-
 „ritu, una conspiratione, una concor-
 „dia Constitutionem Sanctitatis Vestræ
 „ea, qua par est, reverentia suscep-
 „mus, communique consilio promul-
 „gandam, & executioni demandandam
 „in Ecclesiis & Diæcesibus nostris de-
 „crevimus: Atque omnium fuit senten-
 „tia, sedulo cavendum, ne quis Pa-
 „storali nostræ Sollicitudini commissus
 „impune contraria docere, scribere,
 „aut loqui præsumat., (b)

„Sed tantæ authoritati, tamque
 „maturo judicio obtemperaturos om-
 „nes speramus: futurumque (quod
 „olim in Galliis post beati Leonis Epi-
 „stolam accidit) *ut prava persuasio par-*
ticipes non inueniat, aut inventos amit-
tat (c).

„Erit hæc propria vestri Pontifica-
 „tus laus & gloria, firmata nimirum
 „& constabilita pax, quam Eusebius
 „Mediolanensis Episcopus *consummati*
certaminis coronam appellabat, quamque
quiete perpetua retenturos, ut aiebat,
 „ultro confidimus & optamus., (d)

R 5

Quis

(b) Epist. Gall. ad S. Leonem.

(c) Epist. Euseb. Mediol. ad eundem.

(d) Ead. Epist. Episc. Gall. ad S. Leonem.

Sæc. XVII. „*Quis autem* (liceat enim rursus illo
 A. C. 1705. „rum verbis uti, quorum erga Sedem
 „Apostolicam perpetuum obsequium,
 „velut hæreditario jure nobis vindicamus)
 „*Apostolatui vestro pro hoc tanto munere dignas æstimat gratias posse persolvere*
 „quod nos ante oculos habentes non desimus
 „Deo gratias agere, & supplicare gratulantes,
 „quod tantæ Sanctitatis, tantæque Doctrinæ
 „Apostolicæ Sedi Antistiti dederit, petentes,
 „ut datum concessumque munus Pontificii
 „vestri longissima ad celebrationem Ecclesiarum
 „suarum ætate servet, ac tueatur. Quæ semper
 „erunt vota eorum, qui se cum singulari veneren-
 „tione profitentur &c.,

§. LXXVII.

Epistola Encyclica ad omnes Franciæ Præsules.

*Argentre
 Coll. Jud.
 t. 3. p. 453.*

Pari etiam Religionis studio & ob-
 servantia erga S. Sedem, Regisque
 sui voluntatem animati Franciæ Præsules
 in suis comitiis encyclicam epistolam
 ad omnes Franciæ Episcopos die
 decima quarta Septembris dederunt
 cujus summa hæc: „Quamvis nos jam
 „ab aliquot annis scripta Constitutionibus
 „contra Jansenismum emanatis
 „contraria, atque in Parisiensi Diocesi
 „damnata pariter damnaverimus, Res
 „que